

DE  
ARTE MUSICA,  
IN PRIMIS  
DE CANTU.

---

PROLUSIO SCHOLASTICA,  
QUA AD  
SOLEMNIA PAEDAGOG. ACAD. EXAMINA  
DD. XIX. ET XX. MARTII INSTITUENDA  
ET AD  
~~AUDIENDAS GRATTONES~~  
D. XXI. MARTII  
PUBLICE HABENDAS  
OMNES LITERARUM FAUTORES,  
EA,  
QUA DECET, OBSERVANTIA  
INVITAT  
I O. VAL. KLEIN,  
PHILOS. D. PAED. COLLEGA.

---

GISSAE MDCCCXII.  
LITERIS SCHROEDERI, ACADEM.

---

Scholae nostrae statuta, et Principum sapientissimorum, et antiquitatis auctoritate sacrata, cum examinibus nos iubeant proludere vernis; tractandum sumimus, quod ne pluribus tanquam tenue et rationi scholasticae vix aptum congruumque displiceat, verendum esse videtur. Si qui sunt, qui ita censeant, materiam, fortasse ipsismet minus acceptam cognitamque, a reliquis etiam omnibus alienam vel esse, vel esse debere; liceat suspicentur. Nos contra, hujus generis censores an recte sentiant, in dubium, jure quodam nostro, revocantes, speramus fore, ut aliis, iisdemque haud sane contemnendis, propositum ipsum commendemus. — Dummodo id consequamur, ut, pro virium nostrarum modulo et temporis spatiique limitibus, *Juvenes nonnullos* ad investigandam musices, et cantus inprimis, naturam veram exhortemur et excitemus.

Ut vero omnes de omni arte excolenda et adhibenda variae ac diversae tenent opiniones: ita persuasissimum nobis habemus, cavendum esse, ne permagna aut laudis, aut defensionis sollicitudine ars ea reddatur dubia atque incerta, cuius, veterum testimonio, Graecorum certe, Dii ipsi exsisterint inventores cultoresque primi. Sunt et fuerunt antiquitus, usque a Lycurgo fere, Solone et Pythagora, ad nostram aetatem haud pauci, qui cum publicarum, tum privatarum solennitatum causa, nec non commodorum, domi militiaeque inde percipiendorum gratia artem musicam putaverint colen-

colendam; lento vero animo exceperint sententiam eorum, qui exercitationes musicas a teneris jam instituendas esse contenderent. Quomodo autem fiat, ut, cujus ad vitam omnem optime revelandam disciplinae relationes tot ac tantae sint, eadem vel ab instructis saepius et eruditis aut animo, aut usu praetermittatur, mirareris: nisi plane liqueret, mortales propriae educationis exemplo maturaque consuetudine ita plerumque teneri, ut, quanquam meliora posthac intelligant, prosequi tamen ea aut nesciant, aut nolint, aut fere nequeant, aut omittant.

Quin imo, cum in proverbio illo, inepte a permultis adhibito: „*Didicisse fideliter artes* etc.“, divinae sorores crebro deprimantur et tanquam servae boni et honesti describantur magis, quam apte digneque collaudentur, — nonne necesse videatur, ut verbis factisque quilibet, quocumque tempore et loco opportune demonstraret: *artes quidem ad mores et literas, sed et mores literasque ad artes esse referendas?* — Quid enim? Sicut *morum* sinceritate, probitate atque integritate perspicitur designaturque vita vera, non nisi *ingenii* copia, vi atque veritate, et, — quod in libello de musica quam maxime consideretur, — *animi* quoque alacritate, suavitate, sublimitate atque puritate omni gigni, nasci et augeri potest. Musices enim proprium absolutumque pretium non in eo requiratur et cognoscatur, quod solemnibus omnibus, praecipue sacris rite celebrandis, nulla ars, ipsa, sit accommodatior; sed in vi quadam singulari *animi motuum*, quoad formam et materiam, purissime dulcissimeque procreandorum. Ideo cum vatis, nimis mature extincti, verba: „*Das Leben ist der Güter höchstes nicht*“, nil, nisi mortalium vitae vitam informatam esse altiore, possint significare;

care; et cum altior haec vita magnam partem in sensu quoque interioris puritate atque vigore consistat; eo quisque illius commovendi excolendique utatur artis remedio, quo mire purificentur extollanturque animi sensus. Etenim ad unum omnium *beatae*, (*neque languidae, neque inefficacis, sed quasi divinae*) *requietis* studium atque amor vel maxime declarant, natura cuilibet sonorum quoque exaudientorum innatum esse desiderium. Cui quae satisfacere gestiunt naturaliter emanantes voces arti vix, ac ne vix quidem, sunt comparandae; recentiori praesertim aevo, quos summum fere plura musices genera attigerunt fastigium.

Nemo denique est, qui dubitet, quin maximi in vita sociali foret emolumentum, si omnes, cujuscunque confabulationis causa una *fortuito consociati*, artificium illud, *verbis* compositum, quod Dialogum vocant, illico atque simul exstruere et perficere non nequirent. (Verba quidem facere nemo non potest; at in verborum serie serio jocoque distinctiores semper exprimere notiones altioribusque singulares submissas retinere ideis, non loquentium tantum, — ut quibusdam, et iis quidem non admodum indoctis probabile videtur, — sed artificum est. Ne enim vitae humanae consuetudo digna sit, quae jure comparetur pictae isti tabulae, quam vocant *Quodlibet*, — cui sola fere multifaria formarum *mixta*, atque fundus viliter confusus unionem praebet et nexum, — opus erit, ut disputatione occupati omnes, dum diversas et variantes ipsorum expromunt sententias, Unum illud mente semper contemplantur et persequantur, quod, rerum adparentium et invisibilium fons quasi et origo et fundamentum et finis, in medio positum, tanquam praesidere, regnare et ad *Veritatis communis* intellectum

fectum altiore, verborum ministerio, ducere possit.) Eadem, mutatis quibusdam mutandis, de musica valent.

Quae omnia ut, cantus inprimis habita ratione, exponamus magis, quam, (quod ob finium, quibus hae pagellae circumscribi debent, angustias fieri nequit,) multorum auctoritate probemus: succinctissimam primo historiae musices scia-graphiam praemissuri, tum de natura, effectui, usu et disciplina ejus nonnulla disquisitioni sumus.

In artium numero jam antiquitus musica haud inferiori collocata erat loco: quin etiam illa erat, ad quam plurimae, tanquam ex ipsa natae, referebantur. Apud Graecos quidem ob poeseos cum arte musica et cognationem, et necessitudinem, scientiarum doctrina omnis nominabatur institutio musica \*); et praestantissimus ejus gentis Epaminondas tibiam aequae, ac civitatis gubernaculum temperavit. Apud Iudaeos sufficiat nominare Davidem. Caeteri populi hic omittantur. Apud Graecos ars musica (lyrae tibiaeque praesertim soni, cantui accommodati,) adhibebatur publice et privatim; maxime tamen in conviviiis, in sacris faciendis, in funeralibus, theatro ludisque publicis. Romani mox minoris fecerunt res musicas, et paene depêrdita foret theoria artis medio aevo, nisi pietas inprimis et amor usu conservassent scintillulas ejus. Pluribus tandem jam antè Lutherum, musices valde peritum, saeculis in ecclesia, praecipue occidentali, magis magisque respirare coepit musica, et nostra aetas Mozartium

alios-

\* Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicam exhibuisse, etc. (Quinet. inst. orat. I. 4; ubi plura ad historiam musices referenda.)

aliosque audivit, quos posteri adhuc religione summa colendos judicabant. In Germania principum — Austriae inprimis et Saxoniae — liberalitas effecit, ut de rerum musicarum gloria jam dudum cum Italia, recentioris artis genitrice, possit certari.

Musica, proprie sic dicta, apud vetererrimos, eodem gressu, quo poësis sine illa conspici auderet, quasi vidua est visa. Conservat historia, praesertim Graecorum, multa, quibus liquet, populos primum esse obstupefactos ob musices mox proprio nisu ingredientis audaciam. More enim translatio habebatur illa aut poeseos, aut saltationis ornamentum. Saltatio quoque posthac, (apud Romanos praesertim genere pantomimico,) magis velut sui juris esse, neque, ut antea, saltationes magis populares, multis modis excitatas, sed valde artificiosas, parum illis modis adjuvas, repraesentare coepit. Saltaverunt enim *histriones*, quorum gestus motusque sola tibia direxit.

Poësis quousque sola, aut cum musice conjuncta, apud Veteres processerit, satis notum: adsunt enim immortalia eorum opera poëtica, superata a nobis solo in genere romantico, i. e. ut breviter designetur: magis *musico* et illis ignoto. Orchestis pantomimica quamnam inter Romanos acceperit perfectionem non ita plane liquet. Attamen ex necessariorum corporis motuum orbe, (qui, sibi ipse semper par, ludos gymnicos et res oratorias admodum ornavit,) sicut ex testimoniis permultis (V. inprimis Plut. de mus.; Lucian. de saltat.) colligi potest, histriones saltando non inepte fuisse imitatos affectuum cupiditatumque infinitam copiam. At vero musica ab utraque parte, non penitus

tus



mus quidem, sed admodum posthabita, diu caruit propria dignitate. Novissimis demum saeculis in suo ipsius campo et vi sua protulit admiranda. Est praeterea nostrum conjugere, quae unquam junxerant illi, (poësin, saltationem et cantum) melius quoque, quam valuerunt illi, facere potest. Praecipue, neque tamen unice, ob instrumentorum, quae majorem copiam, varietatem, uberitatem, faciunt, praesertantiam omnem.

Nec verè dicunt, qui veterum tantum in adhibenda musica mori solent, et illam praesertim, quae sola puris inter se consonantibus sonis oblectat, vituperare et paene refellere solent, ut sequentia paulo intentius perpendant.

Quae gubernat animi motus, sive sensus interioris, quae excitati et praeponderantes, nominantur. Nullo igitur calamo depingi possit musices effectus; forte dicas: *animum sentire illius ope purissimam, neque tamen vacillam aeternitatem.* Quid enim aeternitas aliud, quam — mortalibus certe — animi sensum intima attingens, posthac et menti occurrens praesentium cum praeteritis et futuris congruentia et nexus intimus, sive momentorum indifferentia idealis? Quanam autem alia arte triplex ille mortalium in rebus sentiendis ordo sempiternus aequè penitus conjungitur, ac illà, quae cohaerentem una vi rhythmicam

\*) Ne cum affectibus permulentur cupiditates, quae, (überwiegende Begierden, Leidenschaften) ab illis, (überwiegenden Gemüthsstimmungen, Affecten,) plane sunt directae: 1. Sentire enim ad interna respicit, 2. Cupere ad externa.

micam momentorum seriem ostendens, simul sentiendam praebet harmoniae modulorumque regulam aeternam, (pulchre tam in praesenti vigentem, quam futura ex praeteritorum conditionibus adducentem,)? Quanam necessitatis, cum libertate conjunctae, sensum *simpliciorum* altioremq; excitat, quam illa, quae vitae purissima, ex imo quasi ejus recessu deprompta signa, i. e. voces naturae pulcherrime administrat? \*) Nunquam enim audita, nunquam extrinsecus tali nexu ac vi percepta ex infinita sonorum scala elicit, et materies formaeque illius, tanquam volandia portenta, modo auditui adparentia, illico penitus semperque evanissent, nisi mire excitata animi agitatio utrasque vigentes conservasset. Quamdiu enim non vitae aut externae, aut internae vices alios, et plane diversos, commovent sensus, in pectore resonant iidem soni. Artes pingendi fingendique, etiamsi libere proponant innatas homini idearum formas, nullas tamen, praeter naturales, (nondum pariter aequaliterque, sed similiter conspectas,) oculis objiciunt formationes. Ars vero musica, in puro temporis quasi campo, ab ipsa designato circumscriptoque versans, non eodem modo vocum naturae dici potest imitatrix. \*\*)

Ars

\*) Verstandeslehre von G. M. Hein. S. 46. ff. „Durch den Gehörsinn nimmt die Seele die cohärenten Gegenstände, d. i. das den Körpern einwohnende Geistige auf. — Er ist Sinn für das Ueberfinliche der Natur — Er steht weit über dem Gesichtssinne, weil er in viel näherer Beziehung zur Vernünftigkeit des Menschen steht, als dieser etc.“ — Praesantissimus rerum divinarum humanarumque omnium scriptor Homerus antiquus traditur caecus fuisse.

\*\*) Lafon 1809. 2tes Heft: „Vibration des Wesens ist Eigenthum der Musik.“  
b  
Nach-

Ars poetica ancipitis est naturae. Hinc musicae, quoad rhythmicos motus et voces, (verborum quasi habitus,) illinc arti pictoriae, quoad rerum descriptarum formas, affinis est. Id tantum proprii habet, quod verbis, i. e. vocibus, quibus notiones, aut ideae subjectae sunt, depingens, non nisi a peritis intelligitur. Musicarum contra vocum, sive purorum sonorum potentia ab omnibus, quotquot ab oriente ad occidentem usque terram incolunt, pari vigore excipitur: quamquam apud diversos iidem soni non et pares semper excitare soleant animi affectus. Ideo ars musica, ut est simplicior, arte poetica, sic etiam bonum praedicetur, quod in una eademque forma mortalibus omnibus magis sit commune et apertum. Est illa *animi*, (non mentis,) *lingua universalis*.

Poësis extrinsecus percepta auditoris vim imaginandi ad definitae formae contemplationem fere cogit. Variantes enim poëseos imagines phantasia nostra haud invito sequitur. Musica, sensus tantum interiores movens, dum pulchra sua necessitate animum cohibet, intellectum, notiones abstrahentem, rationem, ideas procreantem, et imaginationem, formas menti insipientem libertati absolutissimae, (tanquam lusui in sensuum fluctibus libero) tradit. \*) Oritur exinde

Nachbilden widerspricht ihrer Passivität; sie soll ausdrücken. Mahlerey wirkt unmittelbar auf den Geist; aber nie kann ein Echo mahlen. — Initia et quasi elementa cognitionis, qua cum arte pictoria conjuncta est musica, primum continet et aperit *V e r b u m*, creatio vere divina, et spiritus sanctus!

\*) Cassiod. Var. I. 40. Musica cum de secreto naturae, tanquam sensuum regina, tropis suis ornata, processerit, reliquae cogitationes exiliunt, omniaque facit ejici, ut ipsam solummodo delectet audiri. — Incorpoream animam

exinde voluptatis, utilitatisque sonorum permagna pars. Cum enim nos omnes non omni tempore aequè libenter trahamur atque cogamur ab argumento eo, quod in poëseos *imaginibus designatis menti praeformatur*, nullam aliam ob causam, quam quia interdum nobis, a statu rerum in carmine contemplandarum paene devictis, fortior desideratur vis *abstrahendi*,): *aequa* utrique arti, pro tempore et conditione naturae nostrae, fervetur dignitas. Musica *absolutam atque integram attingit essentiam nostram*. Sensus enim purus, quid est aliud, quam primitiva et ex alto vitae fonte hausta perceptio *Ipſius*, sive substantiae nostrae? \*)

*Poësis contra magis naturam conjunctionis nostrae cum diversis omnibus aperit*. In imaginum enim contemplatione cum versamur, commovetur sensus consociationis, cognitionis, discriminisque remoti. Quem igitur juvat multorum alienorum adspicere facta, labores, gaudia atque dolores, et quasi auferri ad societatem cum illis ineundam, is celebret coletque Poësin, pulchrarum imaginum creatricem et conservatricem. At vero cui *principalis sensus propriae in-*  
b 2 *divi-*

nam corporaliter mulcet, et solo auditu ad quod vult deducit. — Per hanc competenter cogitamus, pulchre loquimur, convenienter movemur etc

\*) Non quidem me latent verba celeberrimi Goethe: „Der Sinn erweitert, aber lähmt!“ et vere vituperantur, qui, intellectu et ratione neglecta, animi sensui excolendo unice operam navant. Sed cum cogitationum morumque fundamentum humanum, (ne dicam causa divina,) sensus sint interiores, et cum inveniri, perspici, factisque ostendi nusquam id possit, quod nusquam in pectore mortali excitatum vigeat: formetur et animus ea arte, qua motus inenarrabiles, sive vitae signa, nullo alio, nisi illo modo exprimenda, meditationi repraesentantur.

*divisaeque vis*, et dotium discrepantium unionis harmoniae-  
que Animum extollit — posteaque et Mentem excitat — is  
adeat Musicam. \*)

Poësin ancipitis esse naturae, supra jam observatum. Qua-  
tenus sonis et rhythmis fingit, pars efficaciae musicae adscri-  
batur illi. Ubi vero sonis, rhythmice modulateque forma-  
tis, insunt imagines pulchrae, notiones ideaeque verae, ut  
voci humanae carmen canenti, utraque ars *intime simplicif-  
simeque* sese adtingit et amplectitur. Neque regnat, neque  
servit ulla; sed ex utriusvis amplexu et quasi conjugio pro-  
creatur tertia, nova, tanquam ludens infans, utriusque pa-  
renti affinis; neutri par, utriusque similis: ars carmina fini-  
endi simulque voce humana pulchre ea canendi, sive, ut  
brevius eloquamur: *cantus*. Poësis, (pater,) Musicae, (ma-  
tri,) sensus interiores admistranti, inspirat imagines pulchras,  
sensibus aptas, et cogitationes, imaginibus involutas. Eum  
igitur, qui propria mentis vi non solum notiones et ideas ve-  
ras, in imaginibus pulchris, verborum ope rhythmice enun-  
tiandis, percipere, sed et sua ipsius indole modulosa vocum  
inve-

\*) Effectus hujusmodi musicae exemplum laetissimum, idemque tristissimum et fere  
incredibile, penitus menti nostrae infixum semper manebit. — In Cassiodori  
de mus. lib. similiter narratur: „Asclepiades medicus, majorum attesta-  
tione doctissimus, phreneticum quendam per symphoniam naturae suae  
reddidisse memoratur; multa enim in aegris hominibus per hanc discipli-  
nam facta sunt miracula.“ — Conf. Pindar. pyth. III. 92. — In Allg. Lit.  
Zeit. 1812. N. 4., „notatum est:“ das die Wirksamkeit der Mus. bey Gei-  
steszerrüttung in der sympathetisch übereinstimmenden Thä-  
tigkeit zwischen der Seele und dem Körper ihren Hauptgrund  
habe, ist wohl nur zu gegründet, aber wenig erforscht und beachtet.“

invenire et simul ore suavi adaptate expirare potest, *certi-  
seamus Cantorem verum.* \*)

At vero eum celebremus musicum praestantiorum et *can-  
torum* principem, qui, utpote horum omnium creator, *har-  
moniae* quoque desiderio, (quod solus nudusque cantus non,  
nisi obscure et quasi per praefagia excitat,) adhibitis simul  
instrumentis musicis, lucide et aperte satisfacere potest. Est  
nempe harmonia, (sensu musico latiori,) aut affinium, aut  
discrepantium affectuum patefactio *contemporalis*, quae, dum  
in sonorum certamine et convenientia variationes unius prin-  
cipalis sensus aperit, animo praebet *Unitatem vivam*, sive  
requiei vigentis sensum fecundantem. \*\*)

Restat

\*) „Die Verwandtschaft von Musik und Poesie, (Ton und Wort, Gefühl und  
Vorstellung), fast noch nie genauer berücksichtigt, zeigt sich auf dem  
Puncte, wo das Gefühl durch die Vorstellung im Gedichte aufgeregt, und  
dargestellt, aber das Unausprechliche desselben, durch den rei-  
nen Ton vollkommen mitgetheilt wird. Vollendete Darstellung des  
Gefühles strebt unwillkürlich Gesang zu werden. Der göttliche Ge-  
danke findet eine Geisterstimme; die Uebergänge der Begriffssprache füllt  
die Ursprache des Herzens aus.“ Sic fere invenies in: Heidb. Jahrb. Phi-  
Jol. 1810. pag. 356. seqq.; ubi sub examen revocatur: Reichards Composi-  
tion der Göthe'schen Gesangsstücke.

\*\*) Es läßt sich leicht darthun, das das Gegenbild von dem, was in der Mu-  
sik die Harmonie der Töne ist, in der Dichtkunst die innere Verbindung  
der Begriffe sey. Den Rhythmus haben beyde Künste gemein; aber die  
Musik kennt in dem doppelten Contrapuncte eine Art der Harmonie, de-  
ren Elemente nicht Töne, sondern Tonrhythmen sind. Das Gegenbild da-  
von würde in der Poesie zu finden seyn in der inneren Harmonie der Be-  
griffe und der Gegeneinanderstellung dieser Begriffs-Harmonien.“ Apel  
in: Musical. Zeitg. 1806. pag. 457. —



Restat locus in hac disquisitione vel minime praetereundus. Dicant fortasse nonnulli, non sensuum tantum interiorum animique affectuum purorum concitatricem esse musicam, sed cupiditatum quoque perversarum maximeque muliebrium. Quam quidem dubitationem paulo longius quaestioni immorando: „num omnia musices genera sint excolenda?“ tollere conabimur.

Quis est quem fugiat, animum, ira accensum, ad impetum rabiemque propelli volutatione sonorum vehementi? \*) — Quem vero etiam semper latuit sonorum effectus plane contrarius? Sic, ut exemplo utar, sensum altissimae quasi voraginis, quam transilire nequit, irritato inspirat inopinatum quoddam et discrepantes sonos abrumpens silentium. *Animi* motus, necessario cohibiti, *mentem*, simul obstupefactam, ut consideret cogunt. Mutantur deinde sonorum genera, numeri modulique, et querelae, tristitiae, poenitentiae, desiderii, spei, voces lentae, tenerae mollesque emanant. *Mens*, quasi delixa imoque *animi* sensu in sese rejecta, etiam si repugnet, ducitur et in pacatis retinetur cogitationibus. Saepe id sufficiat; interdum vero etiam denuo variantibus elementis musicis opus erit, ut, dum digne viriliterque sonant, *animus firmetur et mens ad sui ipsius puriorem redigatur conscientiam*.

Ideo, quamquam negari nequeat, cupiditatibus quoque nimis favere posse musicen, tamen libentius ediceremus cum

Callio-

\*) Longin XXXIX. Tibia audientes, quasi de statu dejectos furore replet, impressoque eorum animis numeri incessu, ire ipsos ad numerum, et cantum gressu imitari cogit; alii quoque soni, quotquot ubivis sunt, ipsius aede cytharae etc.

Calliodoro (Var. II. 40.): „Musica tristitiam noxiam jucundat, tumidos furores attenuat, cruentam saevitiam efficit blandam, excitat ignaviam soporantemque languorem; vigilantibus reddit saluberrimam quietem; viciatam turpi amore ad honestum studium revocat castitatem; sanat mentis taedium, bonis cogitationibus semper adversum; perniciofa odia convertit ad auxiliatricem gratiam; et, quod beatum genus curationis est, per dulcissimas voluptates expellit animi passiones.“

Neque igitur in excitandis mitigandisque variis aut affectibus, aut cupiditatibus musica ipsa jure est reprehendenda, sed ii potius, qui inopportune intempestiveque musices adhibere solent varia genera. Quin imo in vita, praesertim publica, interdum accidit, ut cupiditates quasdam majori cum emolumento aliquamdiu efferas, quam opprimas. Crescunt enim decrescuntque vitia et virtutes, vicissitudine affines. Degeneret in reipublicae discrimine patriae amor et fortitudo in nimiam vincendi cupiditatem, audaciam atque temeritatem: dummodo victoria ipsa praeparatur et recuperatur libertatis ille status saluberrimus, in quo omnes propriarum sapientiumque legum rationi subjectos se esse laetantur. \*) — Virum impudice muliebri habitu indutum despiciat, mulierem; pacis tempore, thorace et gladio armatam, derisu dignam habemus. Cogit quidem ad permutandas sexuum formas characteresque interdum *necessitas*, et terror tunc, aut miseri-

cor-

\*) Ein wirklich barbarisches Zeitalter ist nicht das, worin die meiste Heftigkeit der Begierde statt findet; sondern worin man die meiste Unwahrheit der Empfindungen trifft. (Reise des jung. Anacharf. I. S. 51.)



cordia concitatur. Mutat eos interdum libera quoque ironia, et salutaris excitatur risus. At si ignorantia artisque imperitia id saepius fiat, adsuefiunt insipientes.\*)

Sicut natura plantas etiam venenatas pulchritudine ornavit, neque necessario morbum et interitum, sed, si apte illis utamur, sanationem quoque et vitam iisdem inclusit; et ut medici est sapientis, conservandarum illarum curam gerere, ne in discrimine desint; et sicut poeta aut pictor, observans vitae formas omnes, omnes effingit, — semper tamen sub pulchritudinis lege; — sic musicus omnem in campo, qui ipsi patet, latissimo, exprimat compositionem; semper tamen sub lege gratiae sonorum, sive pulchrae animi expressionis. Sed ut interdum ipsa pulchritudo, praesertim in animo ingenioque excolendo, detrimento magis, quam emolumento est, sic nonnulla musices, aut elegantiora imprimis, aut venustiora, aut molliora genera crebro nimis alliciunt. Praeclare igitur Plato: (derep. III.) „Eam (in civitate ideali) relinque harmoniam, quae, ut decet, voces atque accentus imitatur fortiter in proelium euntis et ad quodlibet negotium viriliter se gerentis, etc. Aliamque iterum relinque harmoniam, quae voces imitatur hominis in tranquilla et minime violenta, sed spontanea actione versantis, etc. hominis qui sortem omnem recte ferat etc.“ — Cicero autem parum probabili ratione de illo dijudicasse nobis videtur, cum scribit: (in libro de leg. II. 15.) „Assentior

\*) Die schönste Kirchenmusik wird auf einem Theater, von 30 Armleuchtern erhellt in großer Gesellschaft so viel verlieren, als die Grabmäler großer Vorfahren, aus dem schauerlichen Dunkel ihres einsamen gothischen Gewölbes in das moderne Museum versetzt. (Jahon 1809. 2tes Heft).

tior Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios canendi sonos etc. Quamobrem ille quidem vir sapientissimus negat mutari posse musicas leges, sine mutatione legum publicarum. Ego autem nec tam valde id timendum, nec plane contemnendum puto.“ — Musicarum legum mutatio apud veteres, et Graecos imprimis, res maximi fuit momenti. Musica Platoni pars fuit educationis publicae, et vere timendum Ciceroni, de legibus philosophanti, si Platonis memor fuit verborum, (Plat. derep. III.): „Musicum absolutissimum et summa harmonia compositum diceremus eum, qui pulcherrime gymnasticam cum musica miscet, moderatissimeque haec animo adhibet; multo magis quam eum, qui chordas temperat.“ —

Attamen alius Platonis locus \*) vel maxime probat rempublicam illius non fuisse vere idealem; sed potius platonico-graecam, sive inter civitates graecas more platonico condendam. Quod temporum praeteritorum et praesentium status monuerat, Plato ante oculos habuit, et mollitiem praesertim cohibiturus, leges tulit. Nos igitur, cum et musices certa tantum genera virilia admitteret, vel sapientissimi viri ejusque aequalium auctoritate, vel alio iudicio permoti, in

partes

\*) Plat. de rep. III.: „Eum, qui animi sapientia in omnes formas sese vertere, et omnia imitari possit, venerabimur quidem ut sacrum, venerabilem, jucundum, etc. mittamus autem in aliam urbem, unguentum in caput ejus effundentes, lanamque coronantes. Nos anteriore minusque jucundo utemur poeta, utilitatis gratia etc.“ (Verba haec non, nisi de civitate sananda et restituenda, neque vero de republica ideali condenda, valere possunt.)

partes ejus abire et rejecta ab eo sapienter ibi removenda, non tamen omnino extinguenda, aut ubicunque negligenda ducere possumus. Omnia enim et musices genera, ut pro diversis *pulchre excolantur*, et *adhibeantur*, necesse est; neque evanescat suavitas muliebris juxta robur virile, dolor juxta voluptates, odium juxta amorem, taedium juxta cupiditates; illecebrae et sensus peccati juxta virtutem atque pietatem omnem, tenebrae juxta lucem, et coelum juxta orbem.

Cum vero nos omnes a republica ideali adhuc simus remotissimi; cum mollis et utilitatis libidinisque nimis studens aetas non possit nominari satis educta; cum ipsae sonorum gratiae, ut pulchritudines leges, prava vulgi assuetudine possint turbari: Platonis praecepta, supra memorata, libenter sequamur, et cohibeamus in musica ea, quae languefaciendo partim, partim exteriorum sensuum delicias nimis excitando, venenum animo, cibi nutrimentique loco praebeant. Exerceamus eam, quae temperantiae, fortitudinis et pietatis sensum *necessario* fovet; et frenum quapropter addamus maxime illi, quae nunc in saltatione publica aut privata crepat effrenatior. *Quintilianus*, de sua aetate quaerens (instit. orat. I. 2.): „omne convivium obscenis canticis strepit“, (ibid. I. 4.) memorat: „apertius profitendum, non hanc a me praecipere musicam, quae nunc effeminata et impudicis modis fracta, non ex parte minima, si quid in nobis virilis roboris manebat, excidit, sed *qua laudes fortium canebantur, quaque et ipsi fortes canebant.*“ —

Divina quaedam apud veteres musicae species, occasiones, quibus excelluit, reddidit solenniores; et hae invicem illius

illius auctoritati haud parum adjecerunt. Deorum heroumque fortia et dulcia facta, in aciei tumultu, in convivio hilaro, in templis sacris, in theatro, foro ludisque publicis menti occurrentia, musicam, cum poesi conjunctam, ubicunque excitaverunt. Constat in artium infantia vel duriora, arctiora, simpliciora et asperiora majorem excitare vitae vigorem. Nunc ars musica est exultior; at divina oculis sunt remotiora et terrena apud plerosque menti propiora. Extra aedem cantus sacri minus probantur, et nonnisi in campis interdum pie, sed rustice sonant. Caeterum affectuum cupiditatumque descriptiones multo magis, quam facta incitantia, siue sint magna, aut pia, aut pulchra, modulibus publicis strepunt. Crebro quoque ars sonis, aut nimis artificiose, aut insipienter prolatis, vel in *nimiam ostentationem*, vel apud virgines imprimis, in pravam languoris lusum excedit; et aut stupor acerbus, suavitatis loco, animo injicitur, aut sensus perversitatis, loco muliebritatis ingeniose excoltae.\*)

Neque vero illas ob perversitates interitum musices antiquioris et antiquissimae, neque adolescentiae generis mortalis commiseremur. Nam *tempora adducuntur fato*; ars longa; vita nonnisi singularum brevis; genus omne aeternum et locuples; et quo cuique remotius aut occultius jacebunt thesauri, hereditate accepti, eo manebit pauperior. Magna autem

c 2

\*) De quibusdam novissimae musices generibus Horstig (musical. Zeit. 1808. N. 16.) ita fere judicat: „Wahrest du die Regeln der Composition streng, so zürne nicht wenn ein Bach wieder aufstände, und den ganzen Pack von Musikalien, der auf deinem Fortepiano liegt, zusammenfasste und mit einer Bewegung, die ausdrückte: ins Feuer damit! dich aufs Gewissen fragte: Ist das Musik?“

autem hereditatis pars nunc ab optimis eruta et usu adhibita et magis exulta est. Populi juveniliores, rarius valetudine laborantes, et in curandis morbis feliciter paucis tantummodo utentes remediis, hanc ob causam neque excultiores, neque omni ex parte feliciores, sed *simpliciores* tantum *firmioresque* dicendi sunt. Est autem *simplicitas*, egens abundantia uberrima inopiae tantum et paupertatis quaedam conditio; \*) copia contra ac multitudo, carens *simplicitate*, luxuriei status. Est porro firmitas, sensualitate omni eaque summa indigens, durities; sicut haec, sine illa, mollior est. *Hominum vices in utramque excedunt*. Ab eo enim tempore, quo, sicut pulcherrime traditum est, hortum Dei reliquerunt mortales, sanitas corporis, animi ingenique primitiva atque maxime naturalis eos deficit. Idcirco artium literarumque omnium diligenti et uberrima exercitatione recuperetur idealis artificiosa quae illa conditio, quae in *ubertate simplicitatem*, in *sensualitate firmitatem* una complectatur; ita, ut, *apte ab omni parte, omnibusque in rebus, excitatus quisque, sibi ipse semper par maneat*.

Graeci, imprimis ob saltationis et carminis epici cum scenico et lyrico cognationem, poetae fuerunt magis, quam nostrae aetatis homines, quibus lyrica et pictoria ars, ob utriusvis praestantiorum naturam musicam, prae ceteris cara. Ea autem musicae est natura, ut, quod iam observatum, perfectius aperiat ea, quae verbis caeterisque signis eloqui neque-

\*) Cur simplices celebrantur Phocion, Fabricius, aliique? Nonne ob id, quod, cum esse possent ditissimi, i. e. cum revera essent ditissimi, manserint pauperes?

queant: motuum nempe variationes innumeras. Perfectissimam igitur nunc esse disceremus mundi interioris revelationem, si musica ars, poësi conjuncta, plane foret exulta. Olim Dii, quibuscum certare hominibus licuerit, artem docuisse traduntur. Interierunt praeceptores, lustrat adhuc in terris ars, magis incorporea. Unum enim coeleste, clam in pectore mortali resonans, percipere, respirare conatur genus hominum \*); neque id frustra plane: altius enim atque latius in arte tendendo *Inenarrabile* sentimus propius, possidemus verius, diligimus sanctius, imitamur libentius. Nostrae aetatis ratio omnis ad artium absolutissimam *separationem et conjunctionem* impellit. \*\*) Iam qui dramatum illo-

\*) Als Tithon sich von Jupiter die Unsterblichkeit erflachte, hatte er in seine Bitte nicht die Jugend eingeschlossen und er schwand zuletzt ein zu einer unsterblichen — Stimme: So verfället, erbleicht das Leben hinter uns, und unserer einschwindenden, vertrocknenden Vergangenheit bleibt nur etwas Unsterbliches, — eine Stimme: die Musik. Es bekommen die Töne, — die in einem dunkeln Mondlichte mit Kräften ohne Körper unser Herz umfließen, die unsere Seele so verdoppeln, daß sie sich selber zuhört, und mit denen unsere tieferaufgewühlten unendlich exaltirten Hoffnungen und Erinnerungen gleichsam im Schlafe reden, — ihre Allmacht von dem Sinne des Grenzenlosen. — Die äußere Musik erzeugt im eigentlichen Sinne eine innere; daher auch alle Töne uns einen Reiz zum Singen geben.“ (Jean Paul: über die natürliche Magie der Einbildungskraft; Anhang zu Quintus Fixlein.)

\*\*) Acutissime hac de re Goerres, (vid. Heidb. Jahrb. d. Lit. 1811. N. 76.: Ueber Jean Paul's Schriften, pag. 1206): „Dasselbe Bestreben ist aller neueren Kunst mit der Mathematik gemein, das Unendliche differenzirend mit endlichen Größen auszusprechen; während die alte mehr das endlich-

illorum musicorum, quae vocamus: *Opern*, attentius recordatur, tum solius musicae concertantes sonos respicit, dicto adnuet. Adnuet vero etiam opinioni nostrae de majori somnolentia recentioris aevi. Phantasia enim in sensuum interiorum fluctibus ludente et quasi requiescente, mens facile quod apud sanos et integros in sonis audiendis fieri non licet, eam contrahit consuetudinem, ut formas altius semper sibi proponere et contemplatione et meditatione retinere recuset. Adest tunc *somnolentia*. Nostra aetas paulo somnolentior, quia, carens arte perfectissima, magis est musica; et ad musicam ceterasque affines artes facta est proclivior, maxime, quod medium aevum, et reformatae ecclesiae saecula priora, *mentes christianas*, (praecipue in Italia, recentioris artis cunabilis), prodigius adumbraverunt *somniis*.

Quod igitur adhuc sit desiderandum, ut non modo non regrediat aetas nostra in arte illa, quae tot mirandos jam fecerit progressus, sed ut ope etiam illius minus fiat cupida, mollis somniansque, haud difficile quilibet, dialogi cum arte  
musi-

Endliche gewollt. Darum hat jene von der Plastik sich mit größerer Liebe zu der Malerey gewandt, weil die Farbe, als ein Abstractum des Stoffes, sich geschmeidiger der Form anschmiegt und in ihrer unendlichen Abstufung dem Unendlichen mehr Worte giebt sich auszusprechen, und in eigenem Schimmer in des Idealen Widerschein spielt. Darum hat die neuere Musik der älteren den künstlichen Satz und die Harmonie hinzugefügt und damit die alte pythagoräische in eine, der Gränze nach, völlig schrankenlose Algebra verwandelt, die, wo die Sprache weicht, für das Unausprechliche ihre Formeln hat. Dasselbe ist auch der Character der neuern Poesie seit ihrem Wiederaufleben im Mittelalter gewesen.“

musica comparationis bene memor, ipse intelliget. Ingeniosus *Goerres* architecturam appellat *musicam congelatam*. Praetermissa comparationis audacia, dubitamus, an de utriusvis artis diversitate et congruentia, quidquam edici possit brevius. Ita et *Cassiodorus*, (Var. I. 20) mori majorum assentiens, pantomimum nominat *musicam mutam*. („quae scilicet, ore clauso, manibus loquitur et quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scripturae textu possit intelligi.“) — Magis tamen nobis placet sermonis cum arte musica comparatio, quam et adhibuit *Forkel*, vir musicae artis longe peritissimus, (vid. *Forkel Geschichte der Musik*.) Nam ut in *disputantium communi* artificio *menti summa quaedam et argumentum* quaeritur, quod aequè *verum et normale*, ac *libere concilians et laetum* sit; sic et per *dialogum musicum* (sit venia verbo!) varii omnium motus *animi* ad sensum unum, eumque purissimum sunt referendi. Atque sicut facultas *verbis* aedificandi, — ad quam opportunum quoque pertinet *silentium* tanquam vacuum, nec tamen significatione carens spatium, — tam natura, quam doctrina nobis contingit: sic etiam maxime naturalis illa *sonis* aedificandi facultas doctrina excolatur, ita ut perfectissima ars omnium naturam *animi* idealem exaequet, — effigiem exhibeat sensualitatis summae una cum firmitate.

Fieri id posset saltem, si omnes, musicae studiosi, studeant ita, tanquam universi essent musice exculti; vel omnes usque ad eam in exprimendis animi affectibus pervenire cuperent vim musicam, qua facillime ad affectus contrarios diversorum inveniretur transitus. Nasceretur ita Unum rhythmicè, harmonicè modulateque vigens, quod vere nominare-  
mus



mus creationem musicam *universalem* tam *necessariam*, quam *liberam*. Unusquisque altioribus gratiae legibus sese devinctum, liberumque simul in concentu sentiret creatorem. Ars signis, quas vocant notas, non serviens, foret *Pro-creare et Procreari in omnibus per omnes et super omnes*, et vita, cupiditatibus et affectibus verificatis, sese demonstraret purioribus quoque *cogitationibus et moribus*. Sic triumpharet Sctæ. Caecilia, atque coelum forsam relinquens, descenderet ad terram, patriam dulcem. \*)

Quinam autem ad id aliqua saltem ex parte consequendum soni hominibus sunt semper *propiores*, *voce humana*? quinam magis *primigenii* magisque *proprii*? quinam *uberius*; quam vox virilis, muliebri conjuncta, emanant? quinam *altius* in sensuum fonte requiescunt? quinam *suavius dulcius* que ad eum *neccessario* penetrant? quinam *adumbratius lucidiusque* simul *ima* tangunt? quinam rectius *animum* armanant, ut praedicare de se possit: „*vitae meae signa pura mecum porto*“? —

Si igitur omnis educationis hic finis est; ut, quos nudos collocat natura, eos ars et scientia magnifice induat, ne servilem

\*) Jede Lehre wird bey dem Streben nach Allgemeingültigkeit, in ihrem ursprünglichen, Alles umfassenden Auftreten das Ansehen der Myserie haben und eine esoterische Sphäre um sich bilden. Fixirt sich diese, so ist die Lehre todt, — nicht popularisirt. Zeigen sich aber Mittheilungspersonen, durch deren verschiedene Eigenthümlichkeit das Verständniß ergänzt wird, so ist Bewegung und Fortschreiten, immer vernünftlicher, persönlicher, körperlicher da. (Ita fere loquitur, ni fallimur, Adam Müller. Vid. Phœbus, Ztschr. 1. Heft 1808.)

vilem degant vitam: quis est, qui dubitet, quin musica quoque, et cantus inprimis, musicae genus maxime primigenium, ad artes, quibus doctrina elementaris contineatur, omnino sint referenda? — Magna certe laude digni sunt civitatum principes, scholarumque rectores, qui, de dignitate utilitateque artis musicae persuasi, doctrinae etiam illius opportunitatem praebuerunt. — O si moribus temporibusque praecipue nostris, ad militarem obedientiam coactoribus, saepius quivis consideraret dictum Lutheri, viri fortissimi: „*Singen ist die beste Kunst und Uebung. Es hat nichts zu thun mit der Welt, ist nicht vor Gericht, noch in Hadersachen!*“

De methodo tradendorum musices elementorum adeatur inprimis liber, nuper editus: „*Gefangstetere nach pestaloz. Grundsätzen v. Pfeifer u. Nägeli.*“ Non quidem totus, uti est, in usu nobis videtur probandus; attamen normam accuratius, quam huc usque factum erat, explicavit, quam inspexisse nominem poenitebit. Plurima enim ibi occurrunt altius deducta, aptius exposita, distincta et inter se conjuncta; nonnulla vero etiam vel nimis *in usu* distracta atque exercitationibus singulis incommode inconvenienterque separata. Ubicunque valeat sententia: *Ars ne noceat methodo; methodus ne noceat arti!* Persuasum autem nobis, *servili* methodi illius imitatione augeri *dexteritatem*, minui *artem*.

Praeterea cum inferiorum ordinum liberi jam mature scholis eripiantur, vitaeque externae laboriosiori tradantur, schola, uti est, id solum perficiat, ut discipuli *imo animo*, quanquam obscurius, *sentiant, versari inter homines coeleste quoddam, vocibus quoque revelandum et celebrandum*. Exerceatur igitur jam mature strenuus ille cantus ecclesiasticus

multifonus, quem vocamus: *Choral*. Nam ut per se praefians est, et in civitate christiana maxime necessarius; ita etiam institutionis musicae elementa omnia simul continet simplicissimeque aperit. Fugarum, quod vocant, genus inde imprimis enatum. Est autem illud musices quasi corona; quam illico texere si possent congregati omnes, musica foret absoluta. Quod vero cum fieri nequeat, scholis interea excitetur nihil, nisi reverentia et amor artis, vobis quaedam fiducia, celeritas et suavitas et signorum musicorum scientia ad haec necessaria.

Ut facillime perspiciatur signorum musicorum omnium theoria vera et naturalis, novissima Dctris. *Krause* (v. *Allg. mus. Zeitg.* 1811, N. 50.) inventio valde opportuna, et magna laude digna nobis videtur. Omnes omnino ingenii dotes per illam una exercentur, et discipuli, theoriae principalis illius et minime pro libitu compositae cognitione paululum exultant, libentius posthac, quia sunt praeparatiores, ad eorum signorum progredientur disciplinam, quae usus et mos jam inde ab aevo medio sanxit et correxit.\*) Non enim inventioni illi, ut

\*) Iam Guido Areteus, qui, saec. XI. incunte, usitatae adhuc methodi vixit inventor, ab aequalium quodam ita celebratur: „in hoc prioribus praefendus, quod ignotos cantus etiam pueri et puellae facilius discant, vel doceantur per ejus regulam, quam per vocem magistri, aut per visum (usum) alicujus instrumenti, dummodo sex literis vel syllabis (ut, re, mi, fa, sol, la,) modulatum appositis ad sex voces, (musical. Töne; desunt enim tunc vox septima, hodie tam necessaria,) quas sola musica recipit, hisque vocibus per flecturas digitorum laevae manus distinctis, per integrum diapason se oculis et auribus ingerunt intentae et remissae elevationes vel depositiones earundem vocum.“ V. Gerbert, de Cant. et mus. sacrae. T. II. p. 45.

ut veritatis et congruentiae conservat praestantiam, inest in usu par facilitas. Legant quidem instructi celeriter signa illa nova *geometrico-musica*; at molestissimum erit scribere, tamdiu, quamdiu non methodo pestalozziana oculi, mens ac manus nostrae satis exultae erunt in intuitu, contemplatione et constructione, tam arithmetica, quam geometrica. Nam per parvorum superficierum mensuram, (longitudinem atque latitudinem, i. e. formam omnem,) et per earum inter se relationes, (quae diversa inter per multas lineas altitudine designantur,) effigies quaeritur naturalis momentorum musicorum repletorum et conjunctorum. — Nonne vero ad spem animum erigamus, fore ut, si, coloribus quoque variis assumptis, exultior adhibeatur theoria illa, olim *surdi*, ita instructi, oculis saltem adspiciant partem pulchritudinis illius, quam percipere auribus nequeant?\*) — Is certe, cui aures et oculi integri, nova illa methodo adfuerit potest, ut, dum videt spatia *geometrico-musica*, celerius magisque necessarie excipiat, perspiciat et quasi audiat temporum, ita designatorum, rhythmica, harmonica modulataque momenta; et rursus dum audit, illico in mente intueatur spatiosam speciosamque eorum imaginem.

Ado-

\*) Invat forsitan conferre et adhibere theorias lucis et colorum, auctor. Schelling et Goethe. —

Temperare mihi non possum, quominus in fine libelli mentionem faciam libri vere pulchreque musici: Wilibalds *Ansichten des Lebens* auctore Ernest. Wagner. Plin. enim (Pan. 45.): „melius, inquit, homines exemplis docentur, quae in se boni habent, quod approbant, quae praecipiant, fieri posse!“

Adolescentes et pueri oraturi hoc ordine  
prodibunt :

*EX CLASSE I.*

*Georg Thudichum*, Niddanus: De Hugone Grotio.

*Christian. Welcker*, Dreieichen-Ysenburgicus: Ueber das  
Heitere und Düstere des Lebens.

*Guil. Fuhr*, Giffensis: Ueber Agathokles.

*EX CLASSE II.*

*Phil. Walther*, Giffensis, declamabit locum Virgilii: Or-  
pheus et Eurydice.

*Christian. Ebel*, Lauterbacensis: Das Reich der Formen, von  
Schiller.

*Ludov. Sundheim*, Giffensis: la pitié, par Delille.

*Ioann. Oeser*, Giffensis, locum Ovidii: quatuor aetates.

*EX CLASSE III.*

*Fried. Engelbach*, Stordorfenensis: St. Stephan, von Bürger.

*Fried. Heß*, Giffensis: Der Mann und das Weib, von Krum-  
macher.

*Ludov. Suer*, Giffensis: Der Riese Goliath.